

DIE XXII. AUGUSTI.

IN OCTAVA ASSUMPTIONIS B. MARIÆ V.

SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, V. et Antiphona ad Magnificat ut in j. Vesperis Festi; Oratio Veneranda., ut in ij. Vesperis.

AD II. VESPERAS.

Omnia ut ad ij. Vesperas Festi, servato modo diei Octavæ Solemnis.

DIE XXIII. AUGUSTI.

B. JACOBI DE MEVANIA CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui, prodigiôsa tui sanguinis aspersione, dignatus es beatum Jacobum Confessorem securâ æternæ salutis fiducia roborare : dilata super nos eadem viscera misericordiæ tuæ ⁊ ut, redemptionis nostræ imbûti signaculo, inter oves dexteræ tuæ perpétuo computémur : Qui vivis.

✠ Ubi Festum S. Bartholomæi celebratur die xxv. Augusti, de S. Philippo Benitio fiat Officium die xxiv., et de S. Ludovico fiat die xxvj.

DIE XXIV. VEL XXV. AUGUSTI.

S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitærne Deus, qui hujus diéi venerandam sanctâmque lætítiam in beati Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti : da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, et amare quod crédidit ⁊ et prædicare quod dócuit : Per.